

cienda; naturam populi & naturam Regni, quod commendat *Bæclerus* in *dis.* de *Politica Lipsiana*. Bonum Regiminis consistit in *Jure publico*, & tali cæterarum quoque *Legum formatione*, ut *mutatio præcaveatur*. Bonum civium consistit in *εὐδαιμονία & ἀνταρξία*, seu bonis animi & fortunæ. Quanquam egestas homines non solum ridiculos, ut ait *Poëta*, sed & improbos facit. Ad *εὐδαιμονίαν*, seu virtutem pertinent omnes *Ordinationes Politicæ*, in primis quibus *educatio & conversatio*, tanquam principia malorum & bonorum morum formantur; item præmia virtutibus, pœnæ vitiis. Ad *ἀνταρξίαν* pertinent *Leges de Commerciis, Manufacturis, Sumptuariæ, &c.* Ad utramque simul pertinent *Leges, quæ Jus privatum & Judicia formant*, nam si cuilibet jus suum tribuitur, evitantur peccata retinentiū, & paupertas amittentiū. Danda autem opera non solum, ut cuilibet jus suum tribuatur, sed & citò. Quò pertinent